

# The *Liber Pharetrae* Project

## Liber 3: De periculosus Caput 49: De iudicio (2)

Idem (Gregorius), *super Ezechielem*:

Quae mens erit hominis, aeterni iudicis  
sententiam non formidantis? Ibi enim  
tunc simul cuncta peccata ante oculos  
redeunt: ibi omnia, quae cum delectatione  
acta sunt, ad memoriam  
cum pavore revocantur.

Cum enim coeperit impleri quod scriptum  
est: *Sol obscurabitur, et luna non dabit  
lumen suum, et stellae cadent de caelo, et  
uirtutes caelorum commouebuntur,*  
quae mens erit hominis aeterni Iudicis  
sententiam non formidantis? Ibi enim  
tunc cuncta simul peccata ante oculos  
redeunt, ibi omnia quae cum delectatione  
acta sunt ad memoriam  
cum pauore reuocantur,  
ibi caligo cogitationis miserae ex poena  
proximae damnationis.

Gregorius Magnus, *Homeliae in  
Hiezechielem prophetam*, 1.2.16 (CCSL  
142, M. Adriaen ed., p.26, ll.310-317).